

C. PLINII SECUNDI  
NATURALIS HISTORIAE  
LIBER IX.

De aquatilium natura.

CAP. I.



**N**IM A LIV M quæ terrestria appellauimus, hominū quādam confortione degentia, indica-ta natura est. Ex reliquis minimas esse uolucres conuenit. Quamob-rem prius æquorum, amnum, sta-gnorumque dicentur.

Quare in mari maxima animalia. CAP. II.

**S**unt autē cōplura in ijs, maiora etiā terrestribus. Causa euidens, humoris luxuria. Alia sors alītū, quibus uita pēdētibus. In mari autē tā late supino, molliq; ac fertili accremēto, accipiēte causas geni-tales ē sublimi semperq; pariēte natura, pleraq; etiā monstrifica reperiuntur, perplexis & in semet aliter atq; aliter nunc flatu, nunc fluctu conuolutis semini-bus atq; principijs, ut uera fiat uulgi opinio, quicquid naescatur in parte naturae ulla, & in mari ēsse, præ-terq; multa quæ uisquam alibi. Rerum quidem non solum animalium simulacra ēsse, licet intelligere in-tuentibus uiam, gladium, serras, cucumim uero et co-lore & odore similem: quominus miremur equorum capita in tam paruis eminere cochleis.

De Indici maris beluis. CAP. III.

**P**lurima autē et maxima in Indico mari aīalia, ē quibus balene quaternū iugerū, pristes ducenū cubitorum: quippe ubi locustæ quaterna cubita iplement: anguilla quoq; in Gāge amne tricenos pedes. Sed in mari belue circa solstitia maxime visuntur. Tunc illuc ruūt turbines, tūc imbræ, tūc deiectæ mon-tium iugis procellæ ab imo uertunt maria, pulsatasq; ex profundo beluas cū fluctibus uoluūt, & alias tāta thynnorum multitudine, ut magni Alexandri classis baud alio modo, q; hostium acie obuia, cōtrarium ag-men aduersa fronte direxerit, aliter sparsis non erat euadere: nō noce, nō sonitu, nō ictu, sed fragore terren-tur, nec nisi ruina turbātur. Cadara appellatur rubri maris peninsula ingēs. Huius obiectu uastus efficitur sinus xij. dierū & noctū remigio enauigatus Ptole-mao regi, quādo nullius aure recipit afflatū. Huius lo-ci quiete p̄cipua ad immobile magnitudinē belue adolescunt. Gedrosos qui Arbin amnē accolunt, Ale-xandri magni classiū p̄fecti prodidere, in domibus fores maxillis beluarū facere, ossibus tecta cōtignare, ex quibus multa quadragenum cubitorū lōgitudinis reperta. Exeūt et pecori similes belue ibi in terrā, pa-stæq; radices fruticū remeant: & quāda equorū, as-norū, taurorū capitibus, quæ depascuntur sata.

Quæ in quoq; oceano maxima. CAP. IV.

**M**aximū aīal in Indico mari pristes et balena-est: in Gallico oceano Physteter, ingētis colū-na modo se attollēs, altiorq; nauū uelis dilu-

uiem quandū eructans. In Gaditano oceano arbor in tantum uastis dispansa ramis, ut ex ea causa fretum nunq; intrasse credatur. Apparet & rotæ appella-te à similitudine quaternis distinctæ radijs, modiolos earum oculis duobus utrinque claudentibus.

De tritonum, & nereidum, & elephantorum marinorum figuris. CAP. V.

**T**iberio principi nunciauit Olyssipponenſiū lega-tio ob id missa, uisum auditūq; in quodam specu, concha canentē tritonē, qua noscitur forma: et nereidum falsa nō ēst, squamis modo hispido corpore, etiā qua humana effigie habent. Nanq; hēc in eodem spectata littore ēst, cuius morientis etiā gannitū tristē accolæ audiuerē longe. Et diu Augusto legatus Gal-lia complures in littore apparere exanimis nereidas scripsit. Autores habeo in equestri ordine splenden-tes, uisum ab his in Gaditano oceano marinum hominem, toto corpore absoluta similitudine ascendere eū nauigia nocturnis tēporibus, statimq; degrauari quas infederit partes, et si diutius permaneat, etiā mergi. Tiberio principe contra Lugdunēsis proniciae littus in insula simul trecentas amplius beluas reciprocans destituit oceanus miræ uarietatis & magnitudinis, nec pauciores in Santonū littore: interq; reliquas ele-phantos et arietes, candore tantū cornibus assimula-tis, nereidas uero multas. Turanius prodidit expulsā beluā in Gaditana littora, cuius inter duas pinas ul-timæ caudæ cubita xvi. fuisse, dētes eiusdē cxx. ma-ximi dodrantium mensura, minimi semipedū. Belue cui dicebatur exposita fuisse Andromeda, ossa Rome apportata ex oppido Iudæa Ioppe, ostendit inter reliqua miracula in adilitate sua M. Scaurus lōgitudi-ne pedum xl. altitudine costarum Indicos elephantos excedente, spinae crassitudine sesquipedali.

De balenis &amp; orcis. CAP. VI.

**A**lenæ et in nostra maria penetrāt. In Gadita-no oceano nō ante brumā cōspici eas tradūt. cō-di autē statis tēporibus in quodā s̄nu placido & capaci, mire gaudētes ibi parere. Hoc scire orcas, in e-stā bis beluā, et cuius imago nulla repræsentatiōe ex-primi possit alia, q; carnis immēsa dētibus truculētæ. Irrūpunt ergo in secreta, ac uitulos earū et fætas uel etiā grauidas lācīnat morsu, incūsæq; ceu Liburni carū rostris fodiūt. Illæ ad flexū immobiles, ad repug-nātū inertes, & pōdere suo oneratæ, tūc quidē & utero graues, pariendiū pénis inualidae, solū auxiliū nouere i altū p̄fugere, et se toto defendere oceano. Co-tra, orca occurrere laborant, seseq; opponere, et cau-tiū angustijs trucidare, in uada urgere, axis illidere. Spectatur ea plia, ceu mari ipso sibi irato, nullis in si-nu uētis, fluctibus uero ad anhelitus ictusq; quantos nulli turbines uoluūt. Orca et i portu Ostiēsi uisa est, oppugnata à Claudio principe. Venerat tunc exædifi-cate eo portū, inuitata naufragijs tergorū aduectorū ē Gallia: satiansq; se p̄ cōplures dies, aliueū in uado sul-cauerat, accumulata fluctibus intantū, ut circumagi-kullo